



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DLIII. ad annum DLXXVII.

**Parisiis, 1644**

I. Prooemium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15324**

- & damnatione Dioscori.  
 XIV. De exilio Dioscori, & ordinatione Proterii Alexandrini episcopi.  
 XV. De ordinatione Timothei Eluri, & morte Proterii.  
 XVI. De ordinatione Timothei catholici, & Petri heretici.  
 XVII. De ordinatione Ioannis catholici, & damnatione Acacii.  
 XVIII. De episcopis Alexadrinis.
- XIX. De Seuero, Juliano, ac Macedonio.  
 XX. De Gaiano, & Theodosio.  
 XXI. De Agapeto papa, & Anthimo Constantinopolitano episcopo.  
 XXII. De Siluerio & Vigilio.  
 XXIII. De Paulo Alexandrino episcopo, & monachis Hierosolymorum.  
 XXIV. De Pelagio & Theodore Cappadocia.

## PRO OEM IV M.

## I.

**P**EREGRINATIONIS necessitatibus defatigatus, & aliquatenus feriatus animo a curis temporalibus, duarum hæresum, hoc est, Nestorianorum & Eutychianorum, ex ecclesiastica historia nuper de Græco in Latinum translata, & ex gestis synodalibus, vel sanctorum patrum epistolis hoc breuiarium collegi, nectens temporum curricula illa quæ in Græco Alexandriæ scripto accepi, vel grauissimorum hominum didici narratione fidei. Quod faciens pro mea eruditione & responsione contra falsiloquos vtrarumque partium sectatores, qui consueto studio aliter loquuntur de suis auctoribus, quam veritas habet, libenter offero catholicis fratribus ignorantibus acta ipsarum hæresum, & legere volentibus.

*De Paulo Samosateno, & quod auctor sit Nestorianæ hæresis.*

## CAPVT II.

**I**GTVR Nestoriani dogmatis auctor, vt multi volunt, Paulus agnoscitur Samosatenus episcopus, qui secutus doctrinam antiquorum hæreticorum, Dominum nostrum Iesum Christum purum hominem afferuit natum & passum. De sancta vero & summe beata Trinitate, vt Græci tradunt, Sabellii sententiam secutus est. Et propterea dicunt Nicænum statuisse Concilium, Paulianos omnino baptizandos, ponentes differentiam inter Pauli Nestoriique doctrinam, eo quod Nestorius confundens existentiam diuinitatis Filii Dei, Christum purum hominem tradidit conceptum atque formatum, & postea